



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

LXX. Papst Innocenz IV. fordert alle Geistlichen der Brandenburgischen Diöcese auf, ihren Bischof, bei dessen durch die häufigen Fehden vermindertem Einkommen zu unterstützen, im 1. Januar 1244.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

modum extitero prefato B. termino prefinito. Ut autem hec nostra ordinatio presentibus et futuris fieret manifesta, eam sigilli nostri una cum sigillo predicti H. prepositi de Nawen, impressione decrevimus roborandam. Acta sunt autem hec Brandenburg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXXI adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina inferius sunt notata: Henricus prepositus de Nawene, Alt miles de Angere, Henricus de Stegeliz, antiquior, Petrus et Giselbertus, prefecti antique civitatis Brandenburg, Albertus Lupus, Nicolaus prefectus nove civitatis, Albertus Valkenarius et alii quam plures, quorum nomina in hac pagina non sunt scripta.

Nach dem Originale.

**LXIX.** Das Domcapitel zu Brandenburg verkauft drei Hufen in Möhow für eine jährliche Getreiderente auf die Zeit von zwei Generationen an einen Bürger zu Brandenburg (1242?).

Univerſis in Chriſto fidelibus, preſentem paginam inſpecturis P.(etrus) miſeratione divina prepoſitus totumque capitulum collegii Brandeburgeniſis eccleſie pro quadam pecunie ſumma Waltero civi Brandeburgeniſi et uxori ejus Adelheidi filieque Ermengardi tres manſos prediſtino tempore incultos ville noſtre ſclavice et allodio noſtro Mukzowe contiguos jure hereditario ac titulo feodali cum triceſima porreximus poſſidendos omnibus heredibus de conjugio ipſorum pariter vivendum de cetero forſitan procreandis omni ſine difficultate jure ſimili concedendos, nec predicti feodi conceſſio ad ſecundos heredes, videlicet filios vel filias filiorum ſive filiarum tranſeat eorundem. Hujus autem rei teſtes ſunt: Petrus prepoſitus, Alberus prior, Hinricus de Jezere, quondam prepoſitus et ceteri Brandeburgeniſis eccleſie canonici, laici vero Theodoricus miles de Cybecleve, Wilhelmus molendinarius, Verdeboldus filius Hugonis Vach, Volemarus et ceteri quam plurimi de Brandenburg tunc preſentes.

Nach einer Copie im Copialbuche. — Dieſe ohne Jahr angeſtellte Urkunde iſt in das Jahr 1242 geſetzt, weil ſie ſich durch die Erwähnung des Henricus quondam prepoſitus der vorigen anzuſchließen ſcheint.

**LXX.** Papſt Innocenz IV. fordert alle Geiſtlichen der Brandenburgiſchen Diöceſe auf, ihren Biſchof, bei deſſen durch die häufigen Fehden vermindertem Einkommen zu unterſtützen, am 1. Januar 1244.

Innocentius IV. etc. Univerſis Prelatis etc. Clericis eccleſie Brandeburgeniſi ſubiectis. Abicit filius devotionis affectum, ſi patri, cum poteſt, non ſubveniat indigenti, et genitor vitrici notatur incuria, Si egenti filio ſubventionis dexteram non extendat. Debent itaque ſeſe in neceſſitatibus pater et filius mutuo ſibi compatiētes oportunitate beneficiis relevare. Cum itaque, ſicut Venerabile Fratre noſtro Brandeburgeniſe Epifcopo nobis innotuit intimante, ſui epifcopatus redditus, qui annuatim quingentas marcas argenti valere conſueverant, nunc propter guerrarum diſcrimina ſunt adeo diminuti, quod quadraginta marcarum valentiam annis ſingulis vix excedunt, nec habeat alias unde poſ-

fit juxta terre consuetudinem congrue sustentari, universitatem vestram monemus, rogamus, et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus, si est ita, debitum ad episcopum ipsum tamquam devoti filii gerentes compassionis affectum, singuli vestrum juxta facultates proprias sibi hac vice ad eius indigentiam relevandam manum auxilii taliter porrigatis, quod idem gaudens se filialis vos reverentiae repperisse cultores sine mendicitatis opprobrio valeat vestro interveniente subsidio sustentari et nos devotionem vestram exinde commendare dignis in domino laudibus merito valeamus. Alioquin dilecto filio, preposito, Decano etc. ut vos ad id monitione presentium per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant. Datum Laterani, VII. Kal. Januarii, anno primo.

Aus einer Abschrift des Vaticanischen Geheimen Archives Innoc. IV. Epist. Ann. I., 370.

**LXXI.** Die Markgrafen von Brandenburg, Johann und Otto, verzichten auf das jus spolii zu Gunsten des Brandenburger Clerus, am 26. Januar 1244.

— Johannes et Otto, dei gratia marchiones de Brandenburg, omnibus in perpetuum — summopere formidandum, ne, perturbatis in aliquo dei ministris, non clementiam omnipotentis sed vindictam nobis reportet districti iudicis, cuncta rimantis. Ad honorem igitur beatorum Petri et Pauli apostolorum nec non ad interventum venerabilis domini Ruthgeri, Brandeburgensis episcopi nostreque salutis respectu clero Brandeburgensis dyocesis universo, qui in nostris terris seu vassallorum nostrorum terris, quas de nostris optinent manibus, aut est aut fuerit constitutus, libertatem plenariam in relictis clericorum post eorum obitum indulgemus; unde et in perpetuum renunciamus illi juri de tollendis reliquiis clericorum in ipsorum decessu, quo per injuriam haecenus sumus usi, nec aliquibus eos deinceps in hujusmodi volumus molestiis fatigari. Quicumque ergo vassallorum nostrorum predictorum, extra nostrum videlicet cotidianum obsequium constituti, hujus nostri beneficii extiterint contemptores, quascunque villas, civitates vel oppida eorundem seu personas mandantium, facientium aut etiam ratum habentium tale crimen dominus Brandeburgensis episcopus excommunicatas mandaverit publice nunciari aut interdicto ecclesiastico fore subjectos, cum remotione sacramentorum, que ipsorum interdictum sequuntur, a nostris civitatensibus, opidanis pariter et villanis nulla est eis prorsus communio exhibenda. Alioquin et in se et in suis civitatibus, oppidis atque villis, quas inhabitare noscuntur, in omnibus pari pena plectentur nec nos eosdem nostrique heredes seu nostri etiam successores cum tota domo nostra scienter ad divinum officium aut ad aliquam communionem jure prohibitam admittamus, si canonicam ex eodem contemptu volumus effugere ultionem. Si quis autem ex nobis vel nostris heredibus ac nostris successoribus aut quicumque alius ex nostris officialibus vel legatis hujus decreti nostri extiterit violator passio injuriam vel ejus successori refundemus ablata, insuper de proprio tantundem domino Brandeburgensi episcopo perfolvendo excommunicati, nichilominus cum aliis transgressoribus post denunciationem nobis factam publice nunciandi, proviso etiam, ut non solum ille locus, in quo exceditur contra libertatem predictam, post factam nobis denunciationem usque ad satisfactionem condignam tempore intermedio de consensu domini Brandeburgensis episcopi interdicto ecclesiastico sit subjectus, verum etiam totus districtus, in quo idem locus est situs, aut certe tota terra nostra, si, quod absit, a nobis vel ab heredibus nostris aut ab officialibus sive nunciis nostris, ut predictum est contra hujusmodi decreti nostri paginam excedatur, a sacramentis ecclesiasticis, a sepultura ecclesia-